virtutem celestem unde continuabitur individuum radiatus
in se huius proprietates influxus celestis tamquam nature
sibi inditum. Et sic consequenter sit expressus in suis
operibus secundum fortitudinem et debilitatem configurationis
astrorum. Cognitio etiam audivi fore alterationes al-
terare hominem secundum illud alio nobis cognito interveniente
quod considerabat Iacob non decepturus pro sua mercede
de gregibus omnium spectabant nisi varias et sparsas
vellere. Gen. xxx. Ponebat ergo virgas populeas
et ex parte decorticaverat in canalibus ante oculos arietum
et ovium. Ut in earum contemplatione conciperent. Factumque
est ut pareret maculosa et varia et diverso colore
respersa. Idem etiam attestatur Avicenna canone pro-
fen secunda doctrina. Et est etiam in corporibus patrum propter
affectiones animales plerumque imprimunt tales dispositiones
quare accidit ut puer ei similetur cuius formam ima-
ginata fuit mulier cum fuit conceptus et ut sit eius colo-
ris propinquus colori eius quem vidit cum fuit casus sper-
matis. Eadem impressionibus contingit in vulgo et
imaginationibus et estimationibus diversis spiritibus
et coniunctis alteratis continuantur individua pro-
patria in singulis tamquam in naturis propriis. Hac via
creverunt consuetudines et mores. oriuntur leges con-
tinuantur secte. Causa quod non consuetudines et proprie-
tates regionales certe durant. Illis enim continue
et consequenter effectus et stationes omnium applicationum
astrorum donec ad finem periodi in astris prefigurate
iuxta proprietatem suam pervenerint. Aut donec altera
applicatio in mutativa aut destructiva eorum
dictarum supervenerat antequam prodiens per constellationem
prefigurata compleatur. Unde effectus tales longissimo
tempore continuari possunt. Ut apparet in multis sectis. Illa